Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sedit Solvite illũ: et adducite Et si quis vobis dixerit quid facitis Dicite · quia dño necessarius est · Et statim dimittet illũ huc Et abeuntes invenerunt pullũ ligatum ante ianuam foris in bivio · Et solvunt eum · et quidam de ipsis stantibus dicebant illis Quid facitis solventes pullũ Qui dixerunt sicut pcepat eis iesus et dimiserunt eis et duxerunt illũm ad iesũ et imposuit illũ vestimenta sua et sedit sup eũ Multi aut vestimenta sua straverunt in via: alij frondes cedebant de arboribus et sternebant in via Et qui pibant et qui sequebantur clamabant dicentes Osanna benedictus qui venit in nomine dñi Benedictum quod venit regnum patris nri David · osanna in excelsis Ad missam Statio ad sanctã sophiam Introit

Domine ne longe facias auxiliũ tuũ a me ad defensionẽ meã aspice in me de ore leonis et a cornibus unicornium humilitatem meã ps Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti longe a salute mea Oro

Omps sempiterne deus: qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplũ saluatorem nostrũ carnem sumere et crucem subire fecisti · concede propitius: ut et patientiae ipius habere documenta et resurrectionis eius gaudia mereamur P eundẽ

Fres Hoc enim sentite Ad Philippenses in vobis: quod et in xpo iesu Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipm exinanivit formam servi accipiens in similitudine homm factus et habitu inventus ut homo Humiliavit seipm factus obediens usque ad mortem: mortẽ autem crucis P ter